

examinare convenient consilium & speciem penitentie. Quicunque enim & metu, & lacrymis, & tolerantia, & bonis operibus conversionem & opere & habitu offendunt; si impleto auditio tempore, quod presinitum est, merito orationum communione habebunt, adeo quod licet etiam Episcopo humanus aliquid de usi statuere. Quicunque autem non adeo graviori tulerint, nec mulier sua referre existimaverunt, satisque esse putarunt in Ecclesia ingredi, tempus ad conversionem omnino implerat.

Tantum absit ut Ecclesia post extinctam idolatriam tyrannorumque infidelium dominationem, fidelibus neque in classe penitentium, neque in sacro Clero, neque in monastico habitu constitutis militari prohibuerit: quin potius ante paucos annos Arelatense Concilium primum can. 5. excommunicatione milites percellit, qui arma, sive in pace, (ut referunt vulgata exemplaria) sive in bello (ut quedam habent vetera manuscripta) arma proiecunt, utpote defortores, & militaris sacramenti fœdragos. Iste vero Nicænus canon editus est in eos, qui se inchoato penitentia molestis eriperent, militarem professionem, quam penitentie causa abdicabant, resumperunt, aut etiam (quod deterius est) pretio & largitionibus militaria Officia & Praefecturas emerunt. Nicænam istam sanctionem inflaverunt Siricus epist. ad Tarracensem Episcopum, & Innocentius epist. ad Episcopum Rothomagensem, & Leo Magnus epist. ad Ruficum, can. 10. & 12. Antiqua fuit Manichaeorum heres qui bellum, qualecumque foret, indiscriminatim dianabant, quasi Divino iure prohibitum: ideoque Abrahamum, Moysem, Ioseph, Davidem averbabantur quasi reos impietatis: ut referat Augustinus lib. 22. contra Faustum Manichæum c. 74. & seqq.

1. Can. XIII. De his qui ad vita exitum veniant, etiam nunc lex antiqua servabitur: ita ut si quis egreditur ex corpore, ultimo & maxime necessario viatico nomine priuatur. Quod si desperatus & consecutus Communionem, oblationisque participis factus iterum convalescit, sit inter eos qui communionem orationem tantummodo consequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exitu posito & postenī sibi Eucharistia gratiam tribui, Episcopus postquam probaverit, ex oblatione dare debet.

Observe hoc in Canone Sacramenti Corporis & Sanquinis Domini quatuor denominations. Vocatur enim primo *exortus & evanescere ipsorum*, ultimum maximeque necessarium *Vaticum*. Denique *vivaria*, *Communio*. Postmodum *eucharistia*, *Eucharistia*. Postremo secundum vetustissimas qualdam editiones Gracias, que hunc ita terminant Canonem, *usq[ue]d'ero r[es] p[ro]p[ri]as* quibus Dionysius Abbas inherens ita vertit, *ex oblatione dare debet*, vocatur itud Sacramentum *p[ro]p[ri]as oblationis*. Versio quoque hujus Canonis cum aliis Nicænis ab Attico Constantinopolis Episcopo ad Patres Carthaginenses Latine transmissa sic effert in ipso fine: *Episcopus probabiliter oblationem ei contradat*. Nemini etiam peccatori penitenti denegandam in extremis vita communione faci Vatici tradit Innocentius I. epist. 3. ad Exuperium Tolosanum Episcopum, cap. 2. & Concilium primum Valentini anni 374. can. 3. allegato isto Nicæno Canon decernit, quemquecumque peccatorem nec dum expletu penitentia tempore, si mortis urget differi men reconciliari: sic tamen ut si postmodo convalescat, penitentie canonica tempora persequeatur. Similiter Synesius ad Theophilum Alexandrinum scribit, se presbyteris suis mandata Lampioniani a communione dejecti absolutionem ac reconciliationem, se de vita in agitudine periclitetur, ea tamen lege, ut si convalescere contingat, quod supererit temporis ad penitentiam praesitum emetiat ac expletat.

2. Can. XIV. De Catechumenis qui lapsi sunt, sancto & magno Concilio placuit, ut tribus annis sint inter audientes tantummodo: post hec autem cum catechumenis orient.

3. Can. XV. Propter multum tumultum, & seditiones qua sunt, omnino visum est, ut consuetudo, qua præter Canonem in nonnullis paribus inventur, tollatur: ut a civitate in civitatem nec Episcopus, nec Presbyter, nec Diaconus transeat. Si quis autem post sancto & magna Synodi definitionem tale quippe agressus fuerit, vel se rei ejusmodi dederit, quod factum fuerit omnino infirmabitur, & Ecclesia restituatur, cui Episcopus vel Presbyter vel Diaconus ordinatus fuerit.

Eadem decernunt Canones Apostolis attributi 14. & 15. Conciliumque Sardicense can. 1. & 2. eo procedit,

ut ad laicam communionem Episcopos, qui a minoris civitatis Episcopatu ad ampliorem & opulentiores sedem commigraverint, ableget. Id autem vitio veritatem ambitionis aut avara cupiditatis, cum nemo reperiatur, qui ab ampliore Episcopatu ad pauperiorem vel dejectiorum transire vifus sit. Hieronymus epist. 83. ad Oceanum docet, hanc Apostoli ad Timotheum, & ad Titum præceptionem, ut sit Episcopus unius uxoris vir, hunc quoque sensum complecti: ut uxor intelligatur Ecclesia: cui Episcopus semel p[ro]ficietur; ut quemadmodum semel ducta uxor reliqui non potest, ut altera ducatur: neque Episcopus ab Ecclesia, cui semel fuit desponsatus, discedere fas sibi esse ducatur, ut alteram, quemcumque illas sit, sibi adipiscatur. Et hoc (inquit) in Nicæna Synodo a Patribus esse decretum, ne de dia ad diam Ecclesiam transferatur Episcopus, ne virginis paupercula societas contempta, diuina adultere querat amplexus. Laudem sibi acupatur Eusebius Cæsarense lib. 3. vita Constantini, cap. ult. dum tres refert epistolas laudum suarum testes, a Constantino conscriptis, hac occasione, quod oblatum sibi Antiochenum reculasset Episcopatum, hac ratione, quia Cæsarense Ecclesiæ spiritualis conjugii nexus infolubili esset alligatus. At contrarium prout exemplum iisdem temporibus prebeat alter Eusebius, qui relicta Beryteni, cuius erat Episcopus, Ecclesia, in Nicomedensem involavit: quam etiam post aliquot annos deferit, ut thronum confenderet Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Prædictas quoque sedium Episcopalium translationes vetat quintus Chalcedonensis Synodi canon. Leo etiam Pontifex epist. 12. alias 84. ad Anastasiu Thebalensem cap. 8. iubet Antifitem sic translatum utraque depelli Ecclesia, & quam reliquit, & quam adipisci voluit. Tertium præterea Carthaginense Concilium can. 8. commemorat in Capensi plenaria Synodo (cujus nunc temporis acta & canones intercederunt) tria haec omnino sive prohibita, rebaptizaciones, reordinationes, & Episcoporum translationes. Canon insuper proxime subsequens ad idem pertinet argumentum.

4. Can. XVI. Quicunque temere & inconsiderate, nec Dei timorem pro oculis habentes, nec Ecclesiasticum Canonem tenentes, Presbyteri, vel Diaconi, vel quicunque omnino in Canone recensentur, ab Ecclesiæ secessint, it in aliena Ecclesia nullo modo recipi debent: sed omnino cogendi sunt in suas ipsorum parochias redire: vel si perseverarint, eos omnino a communione separatos esse oportet. Sin autem etiam assus fuerit quispiam eum, qui ad alium pertinet, subripere, & in Ecclesia ordinarie, non consentiente proprio Episcopo, a quo recessit, qui in Canone censetur, irrita sit ordinatio.

Nulla sanctio extat tam sive Canonibus tum antiquis, tum novis repetita, ac ista, ne quis alienum Clericum incio vel invito proprio Antifite suscipiat, vel ordinet. Vide superius Apostolorum canones 14. & 15. & Antiocheni sub Julio Papa Concilii can. 3. & Chalcedonensis can. 20. quo etiam communionis fideliū simul exortes sunt, & Clericus commigrans, & Episcopus suscipiens. Eodem speciat Sardicense can. 15. alias 19. Concilium Taurinense anni 397. can. 7. hec omnia colligit: *Nec illud prætermittendum, quod Synodi sententia definitum fuit, ut Clericis alterius secundum statuta canonum nemo suscipiat, neque sua Ecclesia, licet in alio gradu, audeat ordinare, neque abjectum in communionem recipiat*. Huc pertinet Concilii Carthaginensis quarti can. 27. Atque ut alios innumeros canones prætermittant, novissimum generale Concilium Tridentinum. can. 14. cap. 2. & sess. 23. cap. 8.

AD RELIQUOS CANONES NICÆNOS

Elucidationes.

1. Can. XVII. Quoniam multi qui in Canone recensentur, plura habendi studium, & turpe lucrum persequentes, divina Scriptura obliiti sunt, que dicit, argutum suum non dedit ad usum: & fanerantes centefimas exigunt: aquam censet sancta & magna Synodus, ut si quis inventus fuerit post statutum usuras ex mutuo sumere, vel eam rem aliter persequi, vel sequi alteras exigere, vel aliquid aliud excogitare turpis lucri gratia, & Clero deponatur, & sit alienus a Canone.

Quia Romana leges usuras exigunt & permittebant, & creditoribus adjudicabant, priores Ecclesia Canones ut offensionem civilis potestatis evitarent, dum usuras prohibent, Clericorum tantummodo mentionem habent:

habent: sic tamen ut Divinam legem obtundentes, cuius est generalis usurparum interdictio, laicis pariter inquinaretur; non posse citra delictum usuras ab ipsis exercitari. Cujusmodi sunt Apostolorum can. 44. Arelatense primi Concilii can. 12. Laodiceni can. 5. Carthaginensis tertii can. 16. sic statuens: *Nulus Clericorum amplius recipiat quam cuiquam accommodaverit; si pecuniam, pecuniam accipiat: speciem eamdem, quantum dederit, accipiat: si quidquam aliud, quantum dederit, accipiat*. Concilium Illiberitanum his antiquis can. 20. providit; ut non modo Clericis, sed etiam laicis interdicatur usura. Et Clem. unica, §. sane, de usur. assertor hereticum esse, quicunque dixerit, usuras exigere non esse peccatum. Meminit specialiter Nicænus canon iste usura centefimas; sic dicit, quia centefimo quoque mensa forte exequabat; singulas libras ad singulos menses computando, eaque centefime fortis aquatio manente quarto anni subsequens non compliebat. Meminit pariter usura *murias*, id est *sesqui altera*, per quam fœrator debitorem sibi obstringebat ad reddendam mutuam fortem, & præterea fortis ejusdem dimidium, ut pro uno mutuo accepto numero, nummum & nummi dimidium redderet: & pro duobus nummis tres exolveret, pro decem mutatis quindecim retribueret; contineat enim proportionem arithmeticam certi numeri cum incremento, & additione dimidii ejusdem numeri. Ut riuque fœroris condemnationem continet præterea, qui in Nicæna Synodo confudit, Constatini Augusti lex sub tit. ult. lib. 2. Cod. Theodos. Est enim inconcusa Christi lex Luc. 6. *Mutum date nihil inde sperantes*. Dilucide porro usuram definit Concilium Arelatense can. 8. *Usura est ubi amplius requiri quam datur: verbi gratia, si dederis solidos decem, & amplius queris*. Hoc ipsum delictum solum reprobatur, & quid sit, explicat Dei sermo, sic dicens Ezechieles 18. ¶ 8. *Si ad usuram non commendaverit, & amplius non accepterit. Que verba expontis Hieronymus ad eum locum, sic ait: Potest quidam usuram tantum esse in pecunia: quod providens Scriptura Divina, omni rei austerius abundantiam, ut plus non recipias quam dediti. Solent in agri frumenti, & milii, vini & olei, ceteraque specierum usura exigi, sive ut appellari ferme Divinus, superabundantia: verbi gratia ut hyems tempore demus decem modios, & in astre recipimus quindecim, hoc est amplius partem medianam. Augustinus similiter in Psalm. 36. conc. 3. præclare sic admonet: Si fœrare in agri frumenti, & milii, vini & olei, ceteraque specierum usura exigi, sive ut appellari ferme Divinus, superabundantia: quia magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum. Quam Malachias prædictionem, fatis aliqui per se manifestam, Sancti veteres Ecclesiæ Doctores de sacrificio Corporis Domini unanimes interpretantur. Ex quibus (ut ceteros omissam) Justinus martyr in Dialogo cum Triphono Judeo, sic ait: *De nostris gentium que in omni loco offeruntur sacrificii, hoc est pane Eucharistico & populo similiiter Eucharistia, jam tunc loquutus Malachias prædictus, nos quidem glorificare nomen ejus, vos autem profanare*.*

4. Illa porro Nicænorum Patrum locutio, *incurante immolatus*, Grece ἔριτρος δύναμος, affinis ac synonyma est cum hac altera expressione, *divisa suntus, incurante sacrificii*, quæ frequens est antiquis Patribus Gracis, Clementi Papa & martyri libri. 6. Constitutionum, cap. 2. Eusebii lib. 1. demonstr. Evang. cap. 10. Gregorio Nazianzeno invest. 1. & 2. adver. Julian. Anastasio Sinaite epist. ad Phrudegardam, Cyrillo Alexandro. Itemque ad anathemat. 11. Synodi Quinisepta can. 52. & Synodi Nicæna secunda act. 6. Atque hoc discrimine mystica differt oblatio in omni loco offerenda, quam Malachias pronunciavit, ab illa cruenta, quæ semel Jerosolymis in cruce confecta, immolataque fuit.

5. Ex canone isto 18. addisce, ad potestatem quoque Diaconorum olim pertinuisse, non modo vivissemus. Calicem alius quibuscumque propinare, qui Sacerdotes non essent, saltē ubi non aderat Sacerdos; verum etiam sacrifacendum ac mysticum Panem porrige. Atque ejus rei pariter meminit Justinus Apol. 2. in fine, sollempne Diaconis sive sacrifacandum Eucharistiam ad absentes deferre. Sacri vero Calicis ministerium sive Diaconis concessum, docent Cyprianus tract. de lapsis: & colloquium Sixti Pape cum Laurentio apud Ambrosum.

6. Can. XIX. De Paulianis qui deinde ad Ecclesiam conseruent, statutum est, ut ii omnino rebaptizentur. Si qui vero tempore præterito in Clericorum numero erant, si quidem in culpa & reprehensione alieni visi sunt, rebaptizati ordinantur a Catholicis Ecclesiæ Episcopis. Si vero examinatio eos non esse apes reprehendit, deponit eos oportet. Similiter autem de Diaconis, & de omnibus omnino, qui inter Clericos annumerantur, eadem forma servabuntur. Diaconis sive sacerdotibus autem meminimus, que in habitu quidem censentur; quoniam nec ullam habent manum impositionem, ut omnino inter laicos connumerantur ipsi.

Quæ fuit Paulianistarum heresis, & unde orta, & cur